MONUMENTA
GERMANIAE

quasi lucerna posita super candelabrum mire splenduit et pro defensione mundi sanctum visus est celitus destinatus; s(ed) laborum ipsius concilii pressus honore vita functus est etatis sue anno LII Cuius mors[a] omnes in concilio existentes incredibili afficit mesticia. Succerrit autem ei in generali ministerio frater Ieronimus[b] postea Nicolaus papa IIII.

XIII. pars quod Karolo primo[c] datur regnum Sycilie Rubrica[d]

[C]apa[e] eodem anno regnum Sycilie, quod Manfredus violenter detinebat, Karolo comiti provincie fratri sancti Lodwici regis Francie, ut illud ab eo eriperet, contulit. MCCLXIIII tam notabilis cometa apparuit, ut nullus vivencium similem viderit. Ab oriente enim cum magno fulgore surgens usque ad medium emisperii versus occidentem comam perlucidam pertrahebat duravitque plusquam tribus mensibus. ipso autem primo apparente papa Urbanus cepit infirmari et eadem nocte qua mortuus est disparuit.[1]

XV pars de coronacione Karoli et eius victoriis et quibusdam gestis ultramarinis et rege Aragonum Rubrica[f]

[C]lemens[g] Karolum vocatum per Urbanum ad recuperacionem regni Sycilie, qui Romam senator ~~vocatus~~ advenit, alium vero exercitum per Lombardiam misit, eodem anno in sancto Iohanne[h] de Laterano per quosdam cardinales[i] coronari fecit, quem etiam

1) Diese selbe Notiz fast wörtlich oben f 263 verso col 2.

a) Sic legendum mors

b) I'onim' c.

c) p̄mo c.

d) Die Überschrift glänzend.

e) Raum für das fehlende C, ein kleines p schwarz eingeschrieben. Am Rande von der Hand des Schreibers CCXXXV p IIII

f) Die mittelste Zeile der glänzend roten Überschrift: Karoli – q(ui)busda(m) auf Rasur, die den unteren Teil der oberen Zeile mit ergreift; ultramarinis bis zu Ende auf Rasur.

g) Freier Raum für Initiale, am Rande schwarz c.

h) Io. c.

i) die 2. T auf Rasur

~~1) Die pars III (III zu Ende) handelte von den Päpsten.~~